



**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Amoris definitio, & de triplici animæ motu. Ex S. Dionysio præclarè. Capvt  
XV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](#)

sta certa, statim per rimulas ingens aquarum  
vis erupit, qua ignis extinctus est, & Chaldae-  
orum superstitione derisa. Simile quidpiam in-  
affectu contingere non raro cernitur. Is enim  
semel emissus, volat feroci, alacer, & incen-  
sus, pugnat, vincit triumphat, quod si in ad-  
uersarium incidenter hominem frigidum, va-  
frum, subilem, ut ignis a Nilo extinguitur.  
Oratori igitur, qui mouet affectus, non tan-  
tu inanis calor, qui statim effluat, sed animo-  
rum solidam persuasio, que in posterum eriam  
remaneat, querenda est. Contra, ei qui cupit  
remittere, & frangere. Primum aperienda  
est ars mouentis, quod est omnium ad con-  
temptum moros efficacissimum. Ostenden-  
dum quippe auditori, comparatam de indu-  
stria hanc in eius simplicitatem machinam,  
vanis illum vnibris agitari, & quasi Panico  
terrore moueri, quod ubi intelligit ipse, suos  
irritat affectus, & suspectum habet eum, qui  
mouere conatus est, imo persape quasi frau-  
dulentum deceptorem auerisatur.

Argumenta deinde, aut aperte, aut tacite oppugnanda, res extenuanda, verba minuenda, leones, & Elephanti in culices, & formicas efformandi. Si non leviter impressus, sed tenacius insidens pectori collectetur affectus, alio quantum fieri poterit, auertendæ erunt, & deducenda cogitationes.

Ad summum, comparato iam auditoris animo, illae mociones erunt excitandas, ut clavis enim clavum, sic motus motum pellit colliduntur etiam nonnumquam tanquam vindæ in mari, alius alium auger, vel minuit, vel tollit. Odium misericordia miscet, fauor inuidia diluitur, ira amore, vel reuerentia interpellit. Ritus denique vel exhilaratione animi, vel conuersa in se cogitatione excitatus, magnos sepè, & atroces motus compoluit, & verbum apostoli, ac festiuè dictum omnem motuum doloris, iuacundie, miserationis, & ceterorum apparatum, yiresque confudit.

De Amore.

### *Amoris nomen-*

CAPVT XIV.

**V**T cœlestes orbes, is qui omnium supremus est, suo ambitu contentos, motu

pariter versat, & rapit: sic omnes affectus  
vnius amoris complexus comprehensi, vnius  
quoque amoris conuersione mouentur. Spes,  
merus, iracundia, volupiates, inuidia,  
æmulationes, odia ipsa, quod mirum est, ex  
amore proficisciuntur: Qui cum adeo late  
pateat, & tantum sibi in humanis actibus ven  
dicit dignitatis, nihil mirum, si in Theologo  
gorum, Philosphorum, Rhetorum, poeta  
rumque scriptis, et ritrancis hæc paginam fa  
cerit. De hoc usque ad finem.

cit. De hoc igitur affectu pauca imprunis, & lecta dicenda sunt. Ordior à nomine.

Mortalium vii io qui præclarri quæque in prauos vsus verterunt, factum est, vt castis auribus vox amoris sit plerumque suscepta, & nonnihil iniuria, quæ caussa. Diuum. Dionysium morit, vt Epwatos nonen vslupatus in Thelogicis, pias mentes ad cœlestis amoris satus accipiendo, præp. rare, & nihil in hac amoris voce sublimendum esse ostenderet.

Ωσε τέτοδη τὸ τέ Ερωτεύοντα μή φο-  
ηθείαμ. μηδέτις μάλις δορυεῖται λόγος, addit. S. Ignatius ips.  
περὶ τέτοδης πόλεως, in rite  
ante se hac eadem voce in facies vsum, & cie.  
nomine τὸ ἀγαπητὸν Σειστερποῦ: quo fit, ut nihil  
habeat suspicionis. Græci porro ἡφατα dixe-  
runt, ὅτῳ τὸ ἔγειν τὸ δεσμεῖν, ὁ συντελεῖν  
χρήματα πόλεως, à neciendo, quod animas  
desiderijs, quasi laqueis impliceret, vel amatoū  
pectorū, mentesque coniungat; an etiā, iniquit,  
παρα τὸ ἔγειρω, τὸ λέγω λαλοι γρῆποι ἐρώτεροι  
à loquendo, quod loquaces sint, qui amant, un-  
de & amore ab H̄bræo nomine γένος **mar**, hoc est loqui, deriuant nonnulli; quam-  
quam latinas voces ab hebreis raro deduci-  
velim: sed hæc Grammaticis disceptanda re-  
linquamus.

*Amoris definitio; & de triplici  
animi motu.*

**Ex S. Dionysio preclaro.**

CAPV T. XV.

**P**raeclara vox Xenophanis Colophonii, Scitum  
qui audim diuinitatis humanum ostendens, Xenophan-  
dens ingeniu, homines nō modo sc̄. Dñs nis diuum.  
similes saceres, sed iplos sibi Deos assimilare

contendit, quando eos humana species, &c. ea, quia vel plurimum delectantur, pingere, fingere soleant.

Hoc ipsum (inquit) sacerenti boues, & leones, si manus haberent, & eas artes noverint, quibus humanum ingenium nobilitatum est: equi quidem equos, & similes simias in divinitati similitudinem efformarent.

*Ei χειρας ειχον βοες η λευτες, η γραφαι χειροι, και έργατελαι άπερ ανδρες; ιπποι μητε ιπποι, βοες ή τε βασιν ουρανοις, και δεων ιδέας θυραροι, και δευτερα εποιαιν τελευτη σινατερ καιτοι δέμας έχου.*

Hoc quidem in ceteris, maximè vero in picturis, & imaginibus amoris perspicuum est, quas ad ingenium suum vniuersiusque finxit, & accommodauit affectus. Nihil hic opus est infinita poetarum deliramenta in eogenere persequi, satius est ad saniores recurrere sententias.

Ex Aristotele discimus, Amorem nihil aliud esse, quam propensionem appetitus in bonum, siue illud sit verum. Siue cogitatione duntaxat amantis describatur. Plenus magnus, & admirabilis Dionysius amorem definit: συγκαλειν διάμαν οι τῶν αληθ. Καὶ ἀγαθούς διε τὸ καλόν, Καὶ ἀγαθόν; Vim quandam, qua animus pulchro, & bono adhaerescit, qua pulchrum, & bonum est. Quae definitio non modo materiale, sed etiam ipsum formale amoris obiectum (ut Theologi appellant) eruditè comprehendit: Atque in elongè præstantior est, quam quæ à Theophrasto assertur, cum amorem esse dicit animi concupiscentiam, quæ celestem habet ingressum, tardum vero regnum: aut eius, qui definiuntur: ταῦτα Φυλακησοχολεύσοντες. Ex hac autem Dionysij definitione colligimus, Animum motum quandam esse animæ, quo seratur in rem dilectam, quanquam non ambulando sit hic motus, ut ait D. Augustinus sed amando. Pergit idem sublimis auctor, & in diuinis nominibus triplicem animæ, siue potius mentis constitutum motum, circularem, rectum, obliquum, quorum vim, rationemque sic describit. Καὶ κανέναν μὲν οἱ θεοὶ λέγονται νόος κακλιώς μὲν οἱ βράδυοι ταῦτα άντερ χοις, και ἀτελευτήτως έλαμψειτε καλούς, Καὶ ἀγαθούς. Κατ' αὐτούς οὖστοι προστίτης,

τις τὸν Τερεμένον τρόποναρ, εἰδεῖ τὰ πάντα περιόντες. Ελιξειδῶς οὖτι, καὶ προσοδιτες, Τηταδεστέφων, Ανεκφοιτήτως μέντοις οὐ ταυτότητι περι τὸ ταυτότητον Θεοτοκοχελόν, Καὶ ἀγαθόν, Ακαταλήκτως περιχορεύοντες.

Intellectus, inquit, diuini, circulo quadam moueri dicuntur, dum pulchri, bonique splendoribus, principio, & fine carentibus coniunguntur. Recta vero linea, quando ad inferiorum circum prodeunt, recta omnia peragentes, oblique vero, quâdo inferioribus ita prouident, ut tamen a propria identitate (hoc enim verbo *ταύτη* vtitur) non discedant circa pulchrum videlicet, atque bonum, identitatis caussam, indefessam choriam exercentes. Quæ verba satis obscura sunt, nec qui

*Explicatio  
Dionys.*

Dionysium enarrauerunt sanctus Maximus, & Pachymera, multò liquidiū explicant. Arbitror ego cum Marsilio Ficino, Anima Deum diligens, veluti quoddam saltus fuisse expressus. Et Angeli quidem aciem generosam illius mentis intendentis in Deum, circulari quadam motu mouentur, dum infinitas perfectiones, in se veluti per orbem annuli recentes, contemplantur, & (vt ait ille) æter-gelorum nos quoddam obeunt circulos, ex bono in bo-  
*Circularis  
motus an-*

num veluti desilentes. Vbi autem Dei præpotentis imperio labuntur in terras ad terrū *recessus*, humanarum curam, recta fieri incipiunt, a celo, quasi ad hæc infima lineam ducentes. Verum, quoniam ita gerunt impositas à Deo in terris prouincias, ut ad originem suam, & formam vñqueaque redcant, immo illi semper adhaerent, nō secus, ac radij solis, qui in terras effusi celo tamen copulantur: ex eo tamen sicut moueri, & in se veluti conuolui dicuntur.

Alia ratio nostri amoris est: priuimum enim recta serimur, & per res creatas, quasi per scalarum gradus, ad præpotentis Dei perfections contemplandas rapiuntur, in quibus deinde circulum æternum obeuntes suauissime conuicti sumus. Mox à Deo in amorem proximi, & à proximi amore in Deum delati, semper tamen virtute hærentes, καὶ νον ια-  
*Quid sit  
in se conuolu-*

*latus.*

*Ratione  
tri motus  
sue amoris.  
in se conuolu-*

*gyri, voluminisque modo mouemur.*

Qui rerum naturas, & mundi economi-

am speculantur Philosophi, nec ad uniuersi-

principem, & moderatorem Deum vsquam recta,

deuenient, recta quidem mouentur, sed min-

quam in illo amabilissimo rerum diuinatum

Bbb 3

cir-

*Arift. in  
opuscu.*

*S. Dionys.  
I. de diu-  
ni.*

*Diuitia a-  
morem defi-  
nit, immor-  
alisatis de-  
siderium.  
Maximus  
Tyrius eu-  
dem anima  
remigium  
appellat.  
Idem Dio-  
ny/p.299.  
Triplex a-  
nimæ mo-  
tus.*

*Idem Dio-  
ny/p.299.  
Triplex a-  
nimæ mo-  
tus.*

circulo conquisescant. Contra, qui sublimibus contemplationis pennis subuixi, ad illam Moysis lucidissimam caliginem fese extulerunt, choræam suauissimam dueunt, diuinis amoribus delibuti. Qui vero ita hærent Deo, ut proximorum etiam salutem nauiter promoueant, illi sunt qui mixtam, ut vocant, vitam delegere, Deo gratissimam, & terrarum orbi utilissimam, siquidem, ut ait vir Ethnicus [ Deus est mortali, iuuare mortalem, & haec ad aeternam gloriam via.]

Plinius.

## De quinque amorum generibus.

## CAPUT XVI.

**S**anctus Hierotheus apud Dionysium, Amorem in quinque genera partitur, in θεον, ἀγγελον, νοερόν, ψυχικόν, θυμινον, angelicum, intellectualem, animalem, physicum.

Divinus est, qui in Deo, & ipse Deus est, quo nihil ad maiestatem augustinus, nihil ad sanctitatem purius, nihil ad constantiam firmius, & nulliusque esse potest. Hoc ipsorum res creatas, infinitæ suæ maiestatis stellas maternis plusquam visceribus amplectitur, & quasi nouiter quotidie creans omnia, in suæ prouidentiae gremio sustentat, souter, fecundat. Nec mirum, si Iouem Tigillum antiqui illi dixerunt, quod prouide mentis cura, non secus ac aeternis columnis inconcussis mundi partes stabiliret. Accedit ipsa dilectionis teneritas, qua rebus magnis ita voluit esse prouisum, ut ne iuina quidem negigeret: siquidem eo suauiter dispensante, minima quæque natus: untur, crescent, resoluuntur.

Amor angelicus proprius ad Deum accedit, quando Angeli copiosus aeterno gloria fulgore illuminari, Deum longè ardentius & firmius, quam nos diligunt, res deinde humanas, Deo ita iubente, summa caritate procurant, in hominum salute promouenda, alacres, magni, & constantes administrant.

Amor intellectualis, nostræ mentis est, cum ratione diligentis in verum bonum propensio: qui si talis semper esset, nunquam tantas in terris misericet tragœdias, quibus miserè laceratur, & labefactatur genus humanū.

Amor animalis, impulsio quedam vehemens est in sensu, ad rem amatam, plerumque coeca, importuna, temeraria, animali, &

voluptuario homini cum brutis animantibus communis.

Amor deniq; naturalis, est rerum, quæ intelligentia, & sensu carent, ad cumulatam sui absolutionem decursus: de quo D. Augustinus libr. II. de ciuitate Dei sic loquitur: Amores corporum momenta sunt ponderum, siue deorsum grauitate, siue sursum levitatem nitantur. Hanc enim èst, ad sui conservacionem, perfectionemque, Dei prouidentia rebus indidit viues. Et ita quidem amore inconclusus stat mundus, dum suprema ad ceteram inferiorum, suavi quadam delectatione descendunt, insima vero superiora, à quibus omnino pendent, redamant: ipsa denique pars, mutuo inter se conciliantur, vel mente, & ratione, ut in hominibus: vel solo sensu, ut in brutis; vel denique momento, & muta quadam impulsione, ut in rebus inanimis fieri solet, sic catenis amoris conglutinatur, & coherent yniuersa. Quæ cauilla mouit Hesiodum, ut in ipsis mundi incunabulis, è chao, & nocte, primum volueribus alis exilientem Amorem depingere, eo siquidem vinculo coalescit rerum yniuersitas, sed præter hanc vñstaram amoris rationem, qua corpora in suum quæque locum feruntur, & plantæ nutrimentum trahunt; Insunt etiam plerumque rebus admirabiles sympathia, & antipathia: sic mala gemella, quæ germanitatis poma vocantur, semper coherentia sunt, & nunquam singula in foetu: sic palma Syagrorum, ciuidem cum Phœnix nominis, cum Phœnix quoque moritur, & renascitur: sic magnes, ferrum electrum paleas trahit. Contra aquilæ pennæ, cæterarum autum Plin. L. 11. 1. plumis immiscere se non ferunt, Pantheræ quoque, & Hyænæ immortale odium, in ipsis c. 4. lib. 1. cadaverum transit exuvias, siquidem pelles lib. 1. mul suspensæ adhuc bellum exercent, tanti sunt naturalis amoris, & odij effectus. Et hæc quidem amoris secundum subiecta diuisio.

Aliam rationem sequutus est D. Thomas D. Thomæ cum ratione mortui, quod est in amante, duplice amorem constituit, unum concupiscentiæ, alterum amicitiæ. Diuersus est, inquit, amor concupiscentiæ ab amore amicitiæ, quod amore concupiscentiæ, quis in bonum magis, quod alicui vult fertur, quam in illum, cui vult: sed amore amicitiæ, magis in illum, cui bonum volumus, inclinamus. Amore igitur concupiscentiæ diligunt, qui sc magis,